

in eternū pmanet nomē eius. Eternū enim antecedit tpa: nec claudit tpe. **Et bñ** dicent in ipō oēs trib⁹ terre: In ipō quippe implet qd̄ pmissum est Abrae. Ad em̄ dicit in semib⁹ tanq̄ in multis: sed tāq̄ i vno: z semini tuo qd̄ est christ⁹. Abrae dicit in semine tuo bñdicent oēs tribus terre: neq̄ filij carnis: s̄ filij pmissiōis deputant in semine. **Omnes gentes magnificabūt eū.** Tanq̄ exponēdo repetituz est qd̄ supra dictū est. Quia. n. bñdicent i eo: magnificabūt eū: nō ipsi faciēdo vt magn⁹ sit q̄ p seipm magn⁹ est: sed laudādo z magnū fatendo. Sic em̄ magnificam⁹ deū: sic etiā dicim⁹: Sāctificet nomē tuū: qd̄ semp vtiq̄ sanctū est. **Bñdic⁹ dñs deus israel: q̄ facit mirabilia solus.** Cōsiderans omnib⁹ supradict⁹ eructat hymn⁹: z benedic⁹ dñs deus israel. Implet enim qd̄ ad illā sterilitē dictū ē: z q̄ eruit te: ipse de⁹ israel vniuerse terre vocabit⁹: ipse facit mirabilia solus. Qm̄ quecūq̄ faciūt: ipse in eis opat⁹: qui facit mirabilia solus. **Et bñ** dictū nomē glorie ei⁹ in eternū: et in seculū seculi. Quid aliud latini interpretes dicerēt: qui nō possēt dicere: in eternū: z in eternū eterni: Quasi em̄ aliō dictū sit in eternū: z aliō i sc̄m ita sonat: S̄ grec⁹ ἡ ἐν τῷ αἰῶνι καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τοῦ αἰῶνος qd̄ forte cōmodi⁹ diceret: i sc̄m: et i seculū seclī: vt i sc̄m intelligeret quātū hoc seculū durat: in seculū autē seculi: qd̄ post huius finē futurū pmutit. **Et replebit⁹ glia eius omnis terra: fiat fiat.** Iussit dñe: ita fit: ita fit: donec illud quod cepit a flumie: pueniat oīno vsq̄ ad terminos orbis terre.

Explicit Tractatus de ps̄. LXXI.

Incipit Tractatus de ps̄. LXXII.

Audite audite dilectissima viscera corporis christi: quorū spes dñs de⁹ noster est: et nō respicitis in vanitates et insanias mendaces: et qui adhuc respicitis: audite: ne respiciat. **Psalm⁹** iste inscriptionē habet: id est titulū. **Defecerunt hymni Dauid filij Jesse: psalm⁹ ipi asaph.** Tot habemus psalmos in quorū titulis scriptū est nomē Dauid: nusq̄ est addituz filij Jesse: nisi in hoc solo: quod credendū est nō frustra factum neq̄ inaniter. **Ubiq̄ em̄ nobis innotuit de⁹: z ad intellectū vocat piū studiū caritatis.** Quid ē defecit hymni Dauid filij Jesse? Hymni laudes sunt dei cū cantico: hymni

cantus sunt continentes laudes dei. Si sit laus et non sit dei: non est hymnus. Si sit laus: et dei laus: et nō cantet: nō ē hymn⁹. **Oporet ergo vt sit hymn⁹: habeat s̄ tria: z laudē: z dei: z canticū.** Quid est ergo defecerunt hymni: Defecerunt laudes que cantant in deū. **Abolestā rem z q̄si luctuosam videt nūciare.** Qui em̄ cantat laudem: nō solum laudat s̄ etiā hilariter laudat. Qui cantat laudē: nō solū cantat: sed z amat eū quē cantat. In laude confitētis est p̄dicatio: i cantico amātis affectio. **Defecerunt ḡ hymni dauid ait: z addidit: filij iesse.** Erat em̄ Dauid rex israel filij Jesse: tpe quodā veteris testamēti: quo tpe nouū testamētū occultū ibi erat: tanq̄ fructus i radice. Si em̄ queras fructū in radice nō inuenis: nec tamē inuenis in ramis fructū: nisi q̄ de radice p̄cesserit. Illo ergo tēpore p̄lo primo veniēte ex semine Abrae carnaliter: nā z populus secūdus ptinens ad nouū testamētū: ad semē Abrae ptinet: sed iaz spūaliter. Illi ergo p̄lo p̄mo adhuc carnali: vbi pauci p̄phete intelligebāt: z quid desideraret a deo: z q̄si haberet publice p̄dicari: p̄nūciauerūt futura hec tēpora: z aduentū domini nostri Jesu christi: z quēadmodū ipse christus s̄m carnē nasciturus: in radice erat occultus in semine patriarcharū: z quodā tēpore reuelandus tanq̄ fructu apparēte: sicut scriptum est: **Floruit virga de radice Jesse: sic etiā ipsum nouū testamētū qd̄ i christo est: prioribus illis temporib⁹ occultuz erat: solis p̄phetis cognitū: z paucissimis p̄hs: nō ex manifestatiōe p̄sentuz: sed ex reuelatiōe futuroz.** Nam quid sibi vult fratres vt vnū quiddā cōmemoretz: quod Abraam mittens seruū suū fidelem ad desponsandā vxorem vnico filio suo: facit eū iurare sibi: z i iuramēto dicit ei: **Pone manū sub femore meo z iura: Quid erat in femore Abrae: vbi ille manū iurans posuit? Quid ibi erat: nisi qd̄ z tūc ei p̄missum est: In semine tuo benedicent omnes gentes: Femoris nomine caro significat. De carne Abrae p̄ Isaac z Jacob: z ne multa cōmemoremus per Mariā dominus noster Jesus christus.** Quia vō radix erat in patriarchis vnde ostendim⁹: **Paulū interrogenus. Bentes iam credentes in christū z quasi sup̄bire cupientes contra iudeos q̄ crucifixerunt christū: cum z de ipō populo venerit: en alius partes occurrēs i angulo: id est in ipō christo de diuerso veniente pa-**

Alia lfa.
† maiestatis.
† nō habet.
hanc partē.

Alia lfa.
† maiestate.

riete p̄putij: id est gentiuz. Cum ergo se erigeret gentes sic eas reprimat. Si enim tu inquit ex naturali incisus oleastro: infertus es in illis: noli gloriari aduersus ramos: nam si gloriaris nō tu radicem portas sed radix te. Ergo de radice patriarcharū: dicit fractos quosdam ramos propter infidelitatē: et insertum ibi oleastrū: vt esset particeps pinguedinis oliue: id est ecclesiam ex gentibus venientē. Et quis inserit oleastrū in oliua? Oliua solet in oleastro: oleastrum in oliua nūq̄ vidimus. Nam quisquis fecerit: nō inueniet baccas nisi oleastri. Quod enim inserit hoc crescit: et eius rei fructus inuenit: inuenit nō radicis fructus sed surculi. Hoc ostendēs apostolus: omnipotētia sua deū fecisse vt oleaster in radicē oliue insereret: et nō baccas siluestres: sed oliuā daret. Ad omnipotentia dei reuocās: hoc apostolus ait: Si tu ex naturali incisus oleastro: et contra naturā insertus es in bonam oliuā: noli gloriari aduersus ramos inquit. Sed dicitis ait: Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt: tu autē fide sta: noli altum sapere sed time. Quid enim est: noli altum sapere? Noli superbire: q̄a infertus es: sed time ne frangaris per infidelitatē: sicut illi fracti sunt. Propter infidelitatem inquit fracti sunt: tu autē fide sta: noli altum sapere: sed time. Nam si deus naturalib⁹ ramis non pepercit: neq̄ tibi parcat. Et sequitur bonus locus et necessarius: et totus audiendus. Vides ergo inquit bonitatem et seueritatem dei. In eos quidē qui fracti sunt seueritatē: in te autē qui infertus es bonitatem: si permanseris in bonitate. Alioquin: id est si tu non permanseris in bonitate: et tu excideris: et illi si non permanserint in infidelitate inserent. Tempore igitur veteris testamēti fratres p̄missiones a deo nostro populo illi carnali terrene erant et temporales: p̄missus est regnū terrenū: promissa est terra illa in qua etiam inducti sunt ab egypto: liberati per Iesum nauē: introducti sunt in terrā repromissionis: vbi etiā hierusalē terrena edificata est: vbi regnauit Baudid. Acceperūt terram: liberati ex egypto: trāscētes per rubrum mare: finitis

anfractibus ac terrorib⁹ solitudinū: acceperūt terrā: acceperūt regnū. Beinde post regnū acceptū: quia terrena acceperant: ceperunt merito peccatoruz suorū oppugni: expugnari: et captiuari. Ad extremū euerfa est et ipsa ciuitas. Tales erant ille p̄missiones non perseuerature: per quas tamē figurabant future p̄missiones perseuerature: vt ille omnis decursus temporalis p̄missionū figura esset: et quedā p̄phetia futuroz. Itaq̄ cum illud regnū deficeret vbi regnauit Baudid filius Jesse: id est homo quidē: et si p̄pheta: et si sanctus: q̄ videbat et p̄uidebat chustuz venturū: de cuius semine etiā fm carnē nasciturus erat: tamē homo: tamē nondū chustus: tamē nōdū rex noster filius dei: sed rex Baudid filius Jesse. Quia ergo defecturum erat illud regnū: per quod regnū acceptū laudabat tunc deus a carnalibus: hoc solū enim pro magno tūc habebant: quia liberati erant temporaliter ab his a quib⁹ tunc opprimebant: et euaserāt hostes persequētes per mare rubrū: et ducti erant per solitudinē: et inuenerāt patriā et regnū: hunc solum laudabat deū: nōdū intelligētes quid in illis figuris p̄signaret et p̄mitteret deus. Deficientibus ergo rebus pro quib⁹ laudabat deū populus ille carnalis: cui regnauit ille Baudid: defecerunt hymni Baudid: nō filij dei: sed filij Jesse. Periculosum locū tituli psalmi presentis: sicut domin⁹ voluit: preteruēcti sumus. Accepistis quare dictum sit: defecerūt hymni Baudid filij Jesse: cuius vox est psalm⁹ asaph. Quid est asaph: Sicut inuenim⁹ in interpretationib⁹ ex lingua hebrea in grecā: et ex greca nobis in latinam translatis: asaph synagoga interpretat. Glor est ergo synagoga. Sed tu cum audieris synagogā: noli continuo detestari quasi interfectrices dñi. Erat quidē illa synagoga interfectrix dñi: nemo dubitat: sed memento de synagoga fuisse arietes quozū filij sumus. Unde dicit i psalmo: Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietū: afferte dño gloriā et honorē. Qui inde arietes: Petrus: Ioannes: Jacob⁹: Andreas: Bartholome⁹ et ceteri apli. Hinc et ipse primo Saulus: postea Paulus: id est pri

no superbus: potest
vnde dicitur est
que rex super
non quasi aliqua
mutant apostolus
est Paulus: et
lum enim modum
si Saulus: et
cordantē qual
et quid tam in
di quomō hōi
Paulus: et ipse
muse: et ipse
si Saulus: et
sum inquit
Quid est mō
las: et ipse
venerat vbi
las: et ipse
quod p̄mittit
Est gratū
Baudid: et
mōna unū
Est: et ipse
la deo: p̄
venire: p̄
ut. Nam et
Deum de
Paulus: et
et alij p̄
audire: et
et nemo
opu: et
nō hymni
formis: et
solū a carnalib⁹
Quare autē
renerit: et
vbi. Et
ā ibi nō
rabitur quib⁹
que inquit
fuerunt. Et
figuram nostrā.
raonis: et
las chustianus
tam deo: et
et diabolo p̄
las subigatas
no sua: Non
ira potest
populus ab
venerat populus

mo superbus: postea humilis. Saul enim vnde dictū est nomen Sauli: notis: quia rex superbus et infrenis fuit. Non quasi aliqua iactantia sibi nomen mutavit apostolus: sed ex Saulo factus est Paulus: ex supbo modicus. Paulum enim modicum est. Vis nosse quid sit Saulus: Ipsus audi iam Paulū recordantē quid fuerit per maliciā suam: et quid iam nūc sit per gratiam dei. Audi quomō fuerit Saulus: et quomō sit Paulus. Qui pus inquit sui blasphemus: et persecutor: et iniuriosus. Audi si Saulum: audi et Paulum. Ego enim sum inquit minimus apostolorū omnium. Quid est minimus: nisi ego sum Paulus: Et sequitur: Qui non sum dignus vocari apostolus. Quare: Quia fui Saulus. Quid est fui Saulus: Ipse dicat: quia persecutus sum inquit ecclesiā dei. Sed gratia derat: sum id quod sum. Abstulit sibi omnem granditatem suam: minimus iam in se: grandis in christo. Et iste Paulus quid dicit: Non repulit deus plebem suam: de plebe ex iudeis veniente: plebem suam inquit quā psciuit. Nam et ego israelita sum ex semine Abraam de tribu Benjamin. Ergo et Paulus nobis de synagoga: et Petrus: et alij apostoli de synagoga. Itaque cum audieris vocem synagoge: noli attendere meritum: sed intende partū. Loquitur ergo in hoc psalmo synagoga: deficientibus hymnis David filij Jesse: id est deficientibus rebus temporalibus: per quas solebat a carnali populo laudari deus. Quare aut ille defecerūt: nisi vt alie quererent: Ut quererent queq; ibi nō erāt: Nō. Sed que ibi tegebāt figuris: nō que iā ibi nō erāt: s; ibi tanq; in radice occultabatur quibusdam secretis mysterioꝝ: que inquit ipse apostolus: figure nostre fuerunt. Et attendite iam breuiter ipsam figuram nostrā. Populus israel sub pharaonis et egyptioꝝ dominatione: populus christianus ante fidem pdestinatus iam deo: et adhuc seruiens demonibus et diabolo principi eorum: Ecce populus subiugatus egyptijs seruiens peccatis suis: Non enim nisi per peccata nostra potest diabolus dominari: Liberatur populus ab egyptijs per Moysem: liberatur populus a pterita vita peccatoꝝ

rum per dominū nostrum Iesum christum. Transijt populus ille per mare rubrum: iste per baptismum. Adortur in mari rubro omnes inimici populi illius: mouetur in baptismo omnia peccata nostra. Intendite fratres. Post mare illud rubrum non continuo patria datur: nec tanq; iam hostes desinant: secure triumphatur: sed restat heremi solitudo: restat hostes insequētes in via: sic et post baptismum restat vita christiana in temptationibus. In illa heremo suspirabat patrie pmissio. Quid aliud christiani suspirant iam abluti in baptismo: Nunquid iam regnant cum christo: Non dum ventum est ad terram promissionis nostre: sed nō defecturam. Non enim ibi deficient hymni David. Hoc modo audiant omnes fideles: sciant vbi sint. In heremo sunt: patrie suspirant. Adortui sunt hostes in baptismo: sed insequētes a tergo. Quid est insequētes a tergo: Ante faciem futura habemus: a tergo pterita. Omnia preterita peccata deleta sunt in baptismo: quibus modo temptamur: non a tergo insequuntur: sed in via insidiantur. Unde apostolus huius heremi in via ad huc cōstitutus: Que retro inquit oblitus in ea que ante sunt extensus: s; in intētionem sequor ad palmam superne vocationis dei: Tanq; diceret: ad patriā superne pmissionis dei. Et ibi iam fratres in heremo quicquid passus est populus ille: et quicquid eis deus largitus est: quecūq; illa flagella fuerāt: quecūq; dona: significatiōes sunt rerū quas in hac solitudine huius vite ambulātes in christo querentes patriam: et accipimus ad consolationem: et patimur ad probationem. Non ergo mirum: quia illud defecit quod figurabat futurum. Nam perductus est populus ad patriā promissionis: nūquid semper staturam: Si hoc esset: non esset figura: sed res. Quia vō figura erat: ad temporale quiddam perductus est ille populus. Si ad temporale quiddam perductus est: oportebat vt deficeret: et defectu suo cogeret querere quod nunq; deficeret. Synagoga ergo: id est qui deū ibi pie colebāt: sed tū ppter terrenas res: ppter ista presentia. Sūt enī impij q; p̄sentia rerū bona a demonibus q̄runt: Hic aut ps̄s ideo melior

erat genitib⁹: qđ quis pſentia bona z tpaia tamē ab vno deo q̄rebat qui ē creator omniū z ſpiritualiū z corporaliū. Cū ergo illi p̄i ſm carnē attenderēt: id eſt illa ſynagoga que erat in bonis: p tpe bonis: nō ſpiritualib⁹: quales erāt ibi pphete: quales pauci intellectores regni celeſtis eterni. Ergo illa ſynagoga aiaduertit que accepit a deo z q̄ pmiſerit deus p̄ſo illi: abūdantiā rerū terrenarū: patriā: pacem: felicitatem terrenam: ſed in his oib⁹ figure erāt: z nō intelligens quid ibi lateret in reb⁹ figuratis: putauit hoc p magno dare deū: nec habē melius qđ dare poſſet diligentib⁹ ſe: z ſeruētib⁹ ſibi. Attēdit et vidit quosdā peccatores impios: blaſphemos: ſeruos demonū: filios diaboli viuētes i magna neq̄cia et ſupbia: abūdare rebus talibus terrenis et tpaib⁹: p qualibus rebus ip̄o deo ſeruiebat: z nata eſt cogitatio peſſima i corde q̄ faceret nutare pedes: z ppe labi a via dei. Et ecce iſta cogitatio in populo erat veteris teſtamēti: vtinā non ſit i carnalibus fratrib⁹ noſtris: cū iam apte p̄dicat felicitas noui teſtamēti. Quid. n. dixit illa tūc ſynagoga: Quid dixit ille p̄lus: Nos ſeruim⁹ deo z corripimur: flagellamur: ſeducunt nobis ea que diligim⁹: z que p magno a deo accepim⁹. Illi autē ſclerati homines nequiſſimi: ſupbi: blaſphemi: inquieti: abūdant his omnibus rebus: ppter q̄s nos deo ſeruim⁹: puto ſine cauſa ſeruim⁹ deo. Hic ſenſus ē pſalmi deficientis populi z nutantis. Bū cōſiderat bona terrena: ppter que ſeruiebat deo: abūdare his qui non ſeruierēt deo: nutat z ppe labitur: z cū hymnis illis deficit: qz in talibus cordibus hymni deficiebāt. Quia iaz talibus cordib⁹ hymni deficiebāt: qui iam talia cogitabāt z deū n̄ laudabāt. Quō eñ laudarent deum: quibus quaſi puerſus videbat: dans impijs tātā felicitatē: et auferens eam a ſeruientib⁹ ſibi: Non illis bon⁹ videbat deus: et quibus deus bonus non videbatur: non utiqz ab eis laudabat: A quibus autem deus non laudabat: deſecerūt in illis hymni. Poſtea vō p̄lus iſte intellexit quid eum admoneret deus querere: cū iſta tpaia ſtraheret ſeruis ſuis: et donaret ea inimic⁹ ſuis: blaſphemis: ip̄ijs: admonit⁹ intellexit: qz p oib⁹ q̄ dat de⁹ z bonis z malis: z aliqñ auferit z bonis z malis: p oib⁹ ſuat aliqd bonis. Quid illis ſeruatz ſeipm. Jā quātū arbitror currit i pſalmo intellectus eſt in nomie dñi. Audi recor-

dantē z penitentē qui errauerat: putando deū non bonū: qui dat bona terrena malis z auferit illa a ſeruis ſuis. Intellexit eñ qđ deus ſeruaret ſeruis ſuis: z recogitans ſeqz caſtigans erupit hoc mō.

Expoſitio pſalmi.

Quam bonus iſrl deus: Sed quib⁹: Rectis corde: Peruerſis quid: Peruerſus videt. Sicut in alio pſalmo dicit: Cū ſancto ſanct⁹ eris: z cum viro innocēte innocens eris. Et cuꝝ puerſo puerſus eris. Quid ē puerſus eris cū puerſo: Peruerſus te putabit puerſus: nō qđ vllō mō puertatur deus: Abſit: Qđ eſt: eſt. Sed quēadmodū ſol oculos puros ſanos: vegetos: fortes habenti trāquillus apparet: in oculos aut lippos q̄ſi tela aſpſa iaculat: intuentē illū vegetat: hūc excruciat nō mutat⁹: ſ; mutatū: ſic cū cepis eſſe puerſus: z tibi de⁹ puerſus eē videt: tu mutat⁹ es nō ille. Ergo erit tibi pena: qđ bonis gaudiū. Hoc iſte recolēs: q̄ bon⁹ inq̄t de⁹ iſrl rectis corde. Quid aut tibi: **U**dei aut pene comoti ſunt pedes: Qñ comoti ſunt pedes: niſi qñ nō erat rectū cor: Uſi non erat rectū cor: Audi. **P**aulomin⁹ effuſi ſunt grefſus mei. Qđ dixit pene: hoc dixit paulominus: z qđ dixit: pene moti ſunt pedes: hoc dixit: effuſi ſunt grefſus. Pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſūt grefſus. **N**on pedes: ſed vſi moti pedes z effuſi grefſus. Ad errandum fuſi ſunt grefſus: pedes ad lapſuz nō omnino ſed pene. Quid enim eſt: Jam ibam in errorem: nō ieram: iam cadebam: non cecideram. Sed quare z hoc: **Q**uia zelauit: inquit: in peccatorib⁹: pacem peccatorū intuentis. Attendi peccatores: vidi illos habere pacez. Quā pacem: Temporalē: fluxam: caducā atqz terrenā: ſed tñ talē qualem z a deo ego deſiderabā. Vidi illos habere qui non ſeruiebant deo: quod ego deſiderabā vt ſeruierē deo: et moti ſunt pedes mei: et pene effuſi ſunt grefſus mei. Quare autem hoc habent peccatores: dicit breuiter. **Q**uia non eſt declinatio mort⁹ eorum: z firmamentū in ſtagello eorū. **I**n laborib⁹ hominū non ſunt: z cum hominib⁹ non flagellabunt. Jā intellexi inq̄t q̄re illi hnt pacē et florent in terra: qz mort⁹ eorū non eſt declinatio: id eſt qz certa mort⁹ z eterna eis manet: que nec declinat ab eis: nec ip̄i declinare ab ea poſſunt. Quia nō ē declinatio mor-

Alia ſa.
t bis quire
ſunt.

Alia ſa.
t moti.
Alia ſa.
t pene.

Alia ſa.
t ſup iniquos.
t videns.

Alia ſa.
t reſpectus.
t plaga.
Alia ſa.
t labor.

Psalmus
firmamentū
tempore
firmū in ſempiterno.
que illis eterna ſunt
in laboribus hominū
numeros nō flagellabunt
diabolus cuꝝ hominū
eternū ſupplicium
hoc in dō nō ſupponit
cum bonis: ſed
eos ſuperbia
diſcipulis ſunt
me p̄ſentem
teſt vſqz ad vno
fratres in ip̄is p̄p̄ter
hunc quali tūc: ſed
z abſolute: cōmuni
q̄ ad hunc p̄p̄ter
liberatiōnem
Alia ſa.
t moti.
Alia ſa.
t pene.
Alia ſa.
t ſup iniquos.
t videns.
Alia ſa.
t reſpectus.
t plaga.
Alia ſa.
t labor.

tis eorum: et firmamentum in flagello eorum non est: et est firmamentum in flagello eorum. Non est enim temporale flagellum eorum: sed firmum in sempiternum. Propter hec mala que illis eterna futura sunt: modo quid? In laboribus hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabunt. Numquid et ipse diabolus cum hominibus non flagellat: cui tamen eternum supplicium paratur? Propterea quod hinc isti deum non flagellant dum non laborant cum hominibus? Ideo: inquit: obtinuit eos superbia. Attende illos superbos in disciplinatos attende taurum devotum victimam permittit errare libere et vastare que potest usque ad diem occisionis. Jam bonum est fratres in istis prophete verbis audiamus hunc quasi taurum: de quo dixi. Sic enim illi et alibi scriptura commemorat. Ducit eos tamquam ad victimam paratos: et parat eis ad malam libertatem: ideo dixit: Obtinuit eos superbia. Quid est obtinuit eos superbia? Circumamicti sunt iniquitate et impietate sua: Non dixit tecti: sed circumamicti: vndique cooperiti impietate sua. Merito miseri: nec vident nec videntur: quia circumamicti sunt: nec vident interiora eorum. Nam quisquis malorum hominum quasi felicium semper tempus interiora conspiceret: quisquis eorum videret truces conscientias: quisquis animas eorum posset inspicere diuerberari tantis perturbationibus cupiditatum et timorum: videret illos miseros: et quando felices vocantur. Sed quia circumamicti sunt iniquitate et impietate sua: non vident: sed nec videntur. Moverat illos spiritus qui dicit illis ista dicit: et eo oculo tales debemus inspicere quo scimus videre: si nobis auferat tegmen ab oculis impietatis: Videamus istos: et cum felices sunt fugiamus: et cum felices sunt non imitemur: nec a domino deo nostro talia nobis per magno petamus: qualia accipere meruerunt qui illi non seruiunt. Aliud quiddam seruat: aliud desiderandum est. Quid sit autem audite. Primo isti describant. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: Vide si non taurus ille agnitus est. Audite fratres non quomodo cum transiit. Quid dixit: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Sunt enim mali sed macie mali: ideo mali: quia macie: id est exiles: exiguitate quadam necessitatis affecti: et ipsi mali et damnandi. Ferenda est enim magis omnis necessitas per quam perpetranda est aliqua iniquitas: tamen aliud est de necessitate peccare: aliud in abundantia. Pauper me-

dicus furtus facit: ex macie processit iniquitas. Diues abundans rebus tantis quare diripit res alienas? Illi iniquitas ex macie: huius ex adipe processit. Ideo macro cum dicitis: quare hoc fecisti: humiliter afflictus et abiectus: ridet: Necessitas coegit. Quare non timuisti deum? Egestas compulit. Sic diuiti: quare hoc facis: et non times deum? Si tantum es quod possis dicere: vide si vel dignus audire: vide si non etiam in tempore perdet iniquitas ex adipe eius. Jam enim preceptoribus et correctoribus suis inimicitias indicunt: et fiunt inimici verum dicentibus: iam facti palpari verbis adulantium aure molli corde non sano. Quis dicat diuiti: male fecisti rapiendo res alienas? Aut forte si ausus fuerit aliquis dicere: et talis est cui non possit ille resistere: qui respondet: Lotum in contemptu dei loquitur. Quare: Quia superbus est. Quare: Quia pigrus est. Quare: Quia devotus ad victimam est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Transierunt in dispositionem cordis. Ibi intransierunt. Quid est transierunt: Pretergressi sunt viam. Quid est transierunt: Excesserunt metas humani generis homines se pares ceteris non putant. Transierunt inque metas humani generis. Quam dicitis tali homini: frater tuus est iste pauper: eosdem pariter habuistis Adam et Eua: noli attendere tumorem tuum: noli attendere typum tuum in quo elatus es: et si te circumstant familie: et si numerosus aurum et argentum: et si domus marmorata pertinet: et si tecta laqueata contegunt: simul te et pauperem contegit tectum mundi celum. Sed diues es a paupere rebus non tuis extrinsecus appositis. Te in illis vide: non illa in te. Attende teipsum qui sis ad pauperem: teipsum non quod habes. Quid enim despicias fratrem? In visceribus matrum vestrarum ambo nudi fuistis. Certe etiam cum de ista vita exieritis: et iste carnes anima exuta fuerint putrefacte dinoscuntur ossa diuitis et pauperis. De conditione loquor equali: de ipsa sorte generi humani in qua omnes nascuntur. Et diues enim hic fit et pauper: non semper hic erit: et sic diues non venit diues: sic nec diues abscedit. Idem ipse est utriusque introitus: et par exitus. Adde quod forte mutabitis vices. Nam ubique evangelium predicatur: attende quendam pauperem vicerofum qui iacebat ante ianuam diuitis: et cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: attende et illum patrem tuum qui induebat purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide. Contigit nempe mori inopem

Alia lra. t tenuit.

Alia lra. t opti sunt.

Alia lra. t affectu.

illum et affert ab angelis in sinu abrae. Ille autem mortuus est et sepultus est: nam illius forte sepultura nemo curavit. Et cum apud inferos ille dives in tormentis esset: nonne elevarit oculos suos: et vidit in infinito gaudio eum quem contempserat ante ianuam suam: et digito eius aque stillam desideravit qui de mensa eius cadentes micas desideraverat? Fratres labor ille pauperis quantum fuit: delicia illius divitis quam longe fuerunt? Quod autem mutaverunt propter est. Illius quod non erat declinatio in morte: et firmamentum erat in flagello eius: in laboribus hominum non fuit: et inter homines flagellatus non est. Ille autem flagellatus hic requievit ibi: quod flagellat omnem filium quem recipit. Sed cui dicitur ista? Epulanti splendide et induenti se quotidie purpura et bysso. Cui dicitur: Qui transiit in dispositione cordis. Merito sero dicitur est: mitte Lazarum dicat vel fratribus meis: quoniam ei non conceditur fructus penitentiae. Non enim penitentia non datur: sed sempiterna erit penitentia: et nulla salus post penitentiam. Ergo ista transferunt in dispositione cordis. Cogitaverunt et locuti sunt in malignitate: Sed loquuntur malignitatem homines: et cum timore. Isti autem quomodo? Iniquitatem in altum locuti sunt. Non solum locuti sunt iniquitatem: sed etiam clare audientibus omnibus? Ego facio: ego ostendo: Superbe senties cum quo habes vivere te non sinam. Vel cogitares ea: non etiam effunderes: vel intra claustra cogitationis mala cupiditas coerceret vel refrenaret eam intra cogitationem suam. Quare? An forte macer es? Prodiat quasi ex adipem iniquitas eorum. Iniquitatem in altum locuti sunt. Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiit super terram. Quid est hoc: transiit super terram? Quod dictum est: posuerunt in celum os suum: hoc enim transiit super terram. Transferunt terrena omnia. Quid est terrena omnia transferre? Non se cogitat hominem subito mori posse: cum loquitur: quasi semper victurus minatur. Transcendit iniquitas cogitationis illius terrenam fragilitatem: nescit quali vase coopertus est: nescit quod scriptum est in alio loco de talibus: Exiet spiritus eius et revertetur in terram suam: in illa die perierunt omnes cogitationes eius. Sed isti diem ultimum suum non cogitantes: loquuntur superbia: et in celum ponunt os suum: et transcendunt terram. Si ultimum suum diem non cogitaret: id est iudicii sui ultimum diem latro missus in carcerem: nihil illo esset immani?

Alia lra. t nequicia.
Alia lra. t excelfo.

Alia lra. t in terra.

et tamen posset effugere. Quo fugis ne moriaris? Certus erit ille dies. Quid est diu quod victurus es? Quantum est diu quod habet finem: et si diu esset? Huc accedit: quia non est diu: et incertum est ipsum quod dicit diu. Quare hoc non cogitat? Quia posuit in celum os suum: et lingua eius transiit super terram. Ideo revertetur populus meus huc: Hic ipse asaph revertetur huc. Vidit enim ista abundare iniquis: vidit superbis: redit ad deum: et incipit querere et disputare. Sed quando? Cum dies pleni inveniunt in eis. Quid est dies pleni? Cum autem venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Ipse est plenitudo temporis quando venit illa temporalia docere et temere non habere magni quicquid mali homines cupiunt pati: quicquid mali homines metuunt. Factus est via: reuocavit ad cogitationem intimam: admonuit quid a deo querendum esset. Et vide de qua cogitatione reuerberata in se: et quodammodo reuocante fluctus impetus sui transit ad vera eligenda. Ideo revertetur populus meus huc: et dies pleni inveniunt in eis. Et dixerunt: Uide per quam cogitationem transiunt. Quomodo scivit deus? et si est scia in altissimo? Ecce iniqui felices sunt: non curat deus res humanas. Vere scit quod agamus: videt quod dicunt. Rogamus fratres: iam a christianis non dicat: quod scivit deus? et si est scia in altissimo? Ubi enim tibi videtur non scire deus: et non esse sciam in altissimo? Respondet. Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et peccatores sunt et abundantes diuitias in seculo obtinuerunt. Confessus est: quod ideo volebat esse peccator ut haberet diuitias. Carnalis anima visibilibus rebus et terrenis vendiderat iusticiam suam. Qualis iusticia? Que propter auxilium habetur: quasi preciosius sit aurum quam ipsa iusticia: aut cum quisque negat res alienas maius damnum patitur cui negat: quam ille qui illi negat. Ille perdit vestem: iste fidem. Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Unde ergo nescit deus: et inde non est scientia in altissimo. Et dixi sine causa iustificavi cor meum: Quando seruo deo: et ista non habeo: non seruiui illi: et his abundant. Ergo sine causa iustificavi cor meum. Et laui inter innocentes manus meas. Hoc sine causa feci. Ubi est merces bone vite mee? Ubi est premium seruitutis mee? Bene viuo et egeo: et iniquus

Alia lra. t couertef. t hic.

Alia lra. t Et.

Alia lra. t scit. t excello.

Alia lra. t ergo.

Alia lra. t laui inter innocentes manus meas. Et non recebam flagellum: non seruiui deo: non habeo mercedem bonae vite mee: non habeo premium seruitutis mee: bene viuo et egeo: et iniquus...

abundat. Et laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: A me non recedunt flagella dei: bene serui et flagellor: non seruit et ornat. Magna questione sibi fecit. Agitat anima transitura ad continentem terra: et concupiscenda eterna. Transitus est ipsius anime in hac cogitatione ubi fluctuat in quadam tempestate: puentura est ad portum. Et quod solent egri qui lentius egrotant cum sanitas longe est: vicina sanitate plus estuat. Accessionem criticam medici vocant: per quam transit ad sanitate: maior ibi estus sed ducens ad salutem: maior ibi ardor si vicina refectio: sic ergo et hic estuat. Maxima periculosa verba sunt fratres: molesta: et pene blasphemata: quomodo sciuit deus: hoc est et pene. Non dixit nesciuit deus: non dixit: non est scia in altissimo: sed quasi querens: hesitans: dubitans: hoc est quod ait paulo ante: pene effusi sunt gressus mei: quomodo sciuit deus: et si est scientia in altissimo. Non confirmat: si ipsa dubitatio periculosa est. Per periculum transit ad sanitate. Audi iam sanitate. Ergo in vano iustificauit cor meum: et laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die. **Et argutio mea in matutinis.** Argutio correptio est. Qui arguit corripit. Quid est in matutinis: Non differt. Differt impiorum: mea non differt. Illa sera vel nulla est: mea in matutinis. Et fui flagellatus tota die: et argutio mea in matutinis. **Si dicebam narrabo sic: Id est docebo sic: Quod docturus es: quia non est scientia in altissimo: quia non scit deus: Hanc scientiam vis perferre: quia sine causa iuste viuunt: qui iuste viuunt: quia perdidit homo iustitiam suam: quia magis deo malis fauet: aut neminem curat. Hoc vis dicere: hoc vis narrare. Repmit se auctoritate compescere qua auctoritate aliqui vult homo erumpere in istam sententiam: sed reuocat scripturis dicentibus: ut semper bene viuatur: dicentibus quia deus curat res humanas: quia discernit inter piis et impiis. Ergo et iste volens iam istam perferre sententiam reuocat se. Et quod ait: **Si dicebam narrabo sic: Ecce generationem filiorum tuorum reprobaui:** Reprobaui generationem filiorum tuorum: si narrabo sic: generationem iustorum reprobo. Sic et quedam habet exemplaria. Ecce generationem filiorum tuorum cui concinui: id est cui filiorum tuorum concinui. Id est cui concinui: cui accommodatus sum. Bissonui ab omnibus si sic doceo. Locinuit enim qui consonat: qui aut non consonat non concinuit. Aliud**

dictur sum: quod dixit Abrahama: quod dixit Isaac quod dixit Jacob: quod dixerunt prophete. Illi enim omnes dixerunt: quia curat deus res humanas: ego dicturus sum: quia non curat: Maior ne in me prudentia quam in illis: maior ne intellectus quam in illis: Saluberrima auctoritas reuocauit cogitationem ab impietate. Et quid sequitur: **Si dicebam narrabo sic: ecce generationem filiorum tuorum reprobaui.** Ergo ne reprobarer: quid fecit? **Et suscepi cognoscere:** Suscepit cognoscere deus illi assit et cognoscat. Interim fratres a magno lapsu reuocat: quoniam non se iam scientem presumit: sed suscepit cognoscere quod nesciebat. Jam enim volebat quasi sciens videri et perdicari nullam deo esse curam de rebus humanis. Facta est enim ista iniquorum nequissima et impia doctrina. Sciatis fratres multos disputare et dicere: quia deus res humanas non curat: quia casibus reguntur omnia: vel quia stellarum subiecte sunt voluntates nostre: quia unusquisque non per meritum agitur: sed necessitate stellarum suarum. Doctrina mala: doctrina impia: In his iste ibat: cuius pene commoti sunt pedes: et cuius paulominus effusi sunt gressus: in hunc ibat errorem. Sed quia non concinebat generationi filiorum dei: suscepit cognoscere: et dannaui scientiam in qua iustis dei dicit non congruebat. Et quid dicit: audiamus: quia suscepit cognoscere et adiutus est: et didicit aliquid et indicauit nobis. Et suscepit inquit cognoscere. **Et labor est: inquit: ante me: Vere magnus labor cognoscere: quod et deus curat res humanas: et bene sit malis et laborer boni. Magna vis questionis: ideo hoc labor est ante me: quasi stat mihi in facie murus quidam: sed habes vocem psalmi: In deo meo transgrediar murum. Hoc labor est ante me. Verum dicitis: labor est ante te: si ante deum non est labor. Fac te ante deum ubi non est labor: et nec tibi erit labor. Et fecit hoc: nam dicit: quod diu labor ante se. **Donec introeam in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimas:** Magna res fratres. Tandem laboro inquit: et ante faciem meam laborem: quedam quasi inextricabilem video ut cognoscam quomodo: et iustus sit deus: et res humanas curet: et non sit iniquus quod peccantes et scelera facientes felicitatem habent in hac terra: **Et in deo et deo seruientes in temptacionibus plerumque: et in laboribus fatigentur.** Magna difficultas est hoc scire: sed donec introeam in sanctuarium dei. In sanctuario enim dei**

Alia lra.
† Exstimabatur
vt cognosceret.

Alia lra.
† castigatio.

Alia lra.
† turrem.
† nouissimas
eorum.

Alia lra.
† natione.

quid tibi p̄statur vt h̄ac soluas questionē
 Et intelligā inquit in nouissima eoz i p̄sen-
 tia. Ego inq̄t de sanctuario dei intēdo ocu-
 lum in finē: p̄sentia trāsgredior. Totū hoc
 qđ vocat h̄uanū gen^o: oīs ista massa mor-
 talitatis ventura est ad examen: ventura ē
 ad libram: appendent ibi opa hominū cū-
 cta: mō nubes iuoluit: sed deo cognita sūt
 merita singuloz. Et intelligā inquit in no-
 uissima: sed nō a me: nā ante me labor est.
 Unde intelligā: in nouissima: Intrē i san-
 ctuariū dei. Ibi q̄ intellexit. Et vñ mō isti
 felices: Verūtamē p̄pter dolosi-
 tatē posuisti eis: Quia dolosi sunt: id ē
 fraudulentī: qz dolosi sunt: dolos patiunt.
 Quid ē hoc: qz fraudulentī sunt: fraudē pa-
 tiunt: Fraudē volunt facere generi huma-
 no in omnib^o nequicijs suis: fraudē et ipsi
 patiunt: vt terrena bona eligāt z relinquāt
 et̄na. Ergo fr̄s i eo qđ fraudē faciūt: frau-
 dē patiunt. Qđ iam dudū dixi: fr̄s quale
 cor habet quis vt lucret vestē z pdat fidē:
 Ille cui tulit vestē passus est fraudē: an iste
 qui tanto damno pcutit: Si p̄ciosior est ve-
 stis q̄ fides: maiore dāno ille afficit. Si at̄
 incōpabilis fides excedit totū mūdum: ille
 videbit̄ damnū vestis p̄peti. Huic aut̄ di-
 cit: Quid p̄dest homini si totū mūdū lu-
 cret: anime autē siue damnū patiat. Ergo
 quid illis cōtigit: Propter dolositatē po-
 suisti eis. Deiecisti eos dū extollerē-
 tur. Non dixit: deiecisti eos: qz elati sunt:
 nō quasi postea q̄ elati sunt: deiecisti eos:
 sed in eo ipso qđ elati sunt: deiecti sunt. Si
 eim̄ efferi iā cadē est: deiecisti eos dū extol-
 lerent. Quō facti sunt in desolati-
 onē subito: Admirat̄ sup eis: intelligēs
 in nouissima. Befecerūt: vere: quomō su-
 mus: qui dum extollit̄: deficit. Befecerūt:
 Quō diē befecerūt: Quō q̄ intelligit i no-
 uissima: Befecerunt: Perierunt p̄pter
 iniquitatē suā. Velut somniū ex-
 urgentis: Quō befecerūt: Quō deficit
 somniū exurgētis. Fac hominē i somnis vi-
 dere se inuenisse thesauros: diues est: s̄ do-
 nec euigilet. Veluti somniū exurgentis: sic
 befecerūt quō somniū euigilātis. Querit̄
 igit̄ z nō est: nihil i manibus: nihil in lecto.
 Paup̄ dormierat: diues in somnijs factus
 fuerat. Si nō euigilasset diues esset: euigi-
 lauit inuenit erumnā quā dimiserat dormi-
 ens. Et isti nō inueniēt miserā quā sibi cō-
 parauerant. si cum euigilauerint de hac vi-
 ta trāsit illud qđ q̄si somno tenebas: veluti

Alia lfa.
i dolos.

Alia lfa.
i allearent.

Alia lfa.
i surgentiū.

somniū exurgētis. Et ne diceret: Quid q̄
 Parua tibi videt̄ claritas eoz: parua tibi
 videt̄ pompa eoz: parui tibi vident̄ tituli
 imagines: statue: laudes: cunei clientum.
 Dñe: aut̄ i ciuitate tua i imagines eo-
 rum ad nihilū rediges. Itaqz fr̄es
 mei libere loquēs de h̄ loco: veluti vñ licz:
 qz quādo vobis miscemur: magis vos feri-
 mus: q̄ docemus i nomie christi: z i timo-
 re eius exhortor vos: vt quicūqz ista nō ha-
 betis nō cupiatis: quicūqz habetis nō i eis
 p̄sumatis. Ecce dixi vobis nō dico dāna
 mini qz habetis: sed dānamini si de talib^o
 p̄sumatis: si de talib^o p̄sumitis: si de talibus
 inflemini: si p̄pter talia magni vobis vide-
 amini: si p̄pter talia paupes nō agnoscat̄:
 si generis h̄iani cōditionē cōmunē p̄pter ex-
 cellentē vanitatē obliuiscamini. Tūc enim
 deus necesse ē retribuatur i nouissimo: z in ci-
 uitate sua imaginē taliū ad nihilū redigat.
 Qui aut̄ diues ē hoc mō sit q̄ p̄cepit apo-
 stol^o: Precipe inq̄t diuitib^o hui^o mūdi non
 supbe sate: neqz sate i incerto diuitiarū sua-
 rū: sed in deo viuo: qui p̄stat omib^o nobis
 abundāter ad fruendū. Abstulit supbiā di-
 uitū dat consiliū: Quasi dicerent: diuites
 sumus: supbire nos phibes: iactare pom-
 pas diuitiarū nostrarū vetas. Quid q̄ fa-
 cturi sum^o de istis diuitijs: Usqz adeo nō ē
 quod inde fiat: Diuites inquit sint i opib^o
 bonis: facile retribuunt: cōmunicēt. Et qđ
 p̄dest hoc: Thesaurizant sibi fundamētū
 bonū in futurū: vt apprehēdant verā vitā.
 Ubi debent sibi thesaurizare: Quo misit
 iste oculū intrans in sanctuariū dei: Exhor-
 rescāt oēs fr̄es nr̄i diuites: absidentes pe-
 cunia: auro: argento: familia: honoribus:
 exhorrescāt qđ mō dictū ē: Dñe i ciuitate
 tua imaginē eoz ad nihilū rediges. Nōne
 digni sunt hec pati: vt deus in ciuitate sua
 imaginē eoz ad nihilū redigat: qz z ipsi in
 ciuitate sua terrena imaginem dei ad nubi-
 lum redigerunt: In ciuitate tua imaginem
 eoz ad nihilum rediges. Quia de-
 lectatum est cor meū: Sicut quibus re-
 bus temptat̄: quia delectatū est cor meū:
 Et renes mei mutati sūt: Qñ me de-
 lectauerūt tp̄alia ista mutati sūt renes mei.
 Potest z sic intelligi: quia delectatū est cor
 meū in deū: et renes mei mutati sunt: id est
 libidines mee mutate sunt: et totus castus
 factus suz. Renes mei mutati sunt. Et au-
 di quomodo. Et ego ad nihilū reda-
 ctus sum z non cognoui. Ego ille q̄

Alia lfa.
i imaginē
ipoz.

Alia lfa.
i inflamati.

Alia lfa.
i cōmutati.

Alia lfa.
i nō habet
i nesciat.

modo illa dico de
 liberando r ego
 q̄ p̄ne effusi sunt
 nihilū redactus su
 est hoc ad deiper
 alia dicebā. Et
 specus facit
 per recit. Ob
 os. Ille quali
 do terra: q̄
 noue etiam
 mō illa redit
 lo. Docent v
 synagoga et ill
 uit idola. De
 mo terra deli
 ab ip̄o deo me
 p̄ne et effusi
 mō illa redit
 noue etiam
 Si videret
 nō dñi terrā
 creta. Quid pol
 te. Hec dñi
 vobis dicit in p̄
 bus dicit. Hec
 quē dicit. Quid
 potest. Quid de
 sicut scriptū est
 manibus hui^o. Hic
 bibet. Quid in
 te hui^o. Quid in
 tue vobis dicit et
 no. Quia ē manū
 vobis. Que cr
 ego hui^o. In h
 cas hui^o hui^o et
 p̄cipit. Sed de
 semp̄ tē et. Hui^o
 tenuit. id est p̄
 Bede et p̄tates
 esse iam inter filios ad
 mone. Quid quō re
 re cas. In volū
 me. Quid ē in volū
 rine. Quid ē in volū
 stoli. Qui sunt p̄
 rās: z fin vobis
 me. Qui p̄mo sui
 munofus: sed m
 Quid ē in volū
 vñ. Et ai gloria
 in qđ allumpus
 quia. Quis dicit: E

modo ista dico de diuinibus aliqui talia de
sideraui: ideo et ego ad nihilum redactus sum:
quoniam pene effusi sunt gressus mei. Et ego ad
nihilum redactus sum: et non cognoui. Non
est hoc ad desperandum: et de illis in quos
talia dicebam. Quid est non cognoui? Quasi
si pecus factus sum: ad te et ego semper
tecum. Adultus inter est inter istum et alios.
Iste quasi pecus factus est desiderando
terrena: quoniam redactus ad nihilum non
cognouit eterna: sed non recessit a deo suo: quia
modo illa desiderauit a demonibus: a diabo
lo. Hoc enim iam vobis comedauit: vox est
synagoge: id est illius populi qui non serui
uit idolis. Pecus quidem factus sum: a deo
meo terrena desiderans: sed nunquam recessi
ab ipso deo meo: Quia ergo quis factus
pecus: non recessi a deo meo. Sequitur. Te
nuisti manu dextere mee: Non dixit
manu dextera mea: sed manu dextere mee.
Si dextera manus est: manus habet ma
nu. Manu tenuisti dextere mee: ut dedu
ceres me. Quid posuisti manu: potesta
te. Hoc enim dicimus quecumque habere in ma
nu quod habet in potestate: quomodo dixit diabo
lus deo de Job: Mitte manu tuas: et tolle
que habet. Quid est mitte manu tua? Ba
potestate. Manu dei potestate dei dixit:
sicut scriptum est alio loco: Adors et vita in
manibus lingue. Non quid lingua manus
habet. Quid est in manibus lingue? In potestate
tingue. Quid est in potestate lingue? Ex ore
tuo iustificaberis: et ex ore tuo condemnabe
ris. Tenuisti et manu dextere mee: potestatem
dextere mee. Que erat dextera mea? Quia
ego semper tecum. In sinistra habebam: quoniam pe
cus factus sum: id est quoniam terrena in me fuit
cupiscentia. Sed dextera mea erat: quia
semper tecum eram. Huius dextere mee: manu
tenuisti: id est potestatem rexisti: quam potestatem
Bedit eis potestatem filios dei fieri. Cepit
esse iam inter filios ad nouum testamentum per
tinens. Vide quomodo retenta est manus dexte
re eius. In voluntate tua deduxisti
me. Quid est in voluntate tua? Non meis me
ritis. Quid est in voluntate tua? Audi Apo
stolum: Qui fuit pecus primo terrena deside
rans: et postquam vetus testamentum viuens. Quid
ait: Qui primo fui blasphemus: et persecutor:
et iniuriosus: sed misericordiam persecutus sum.
Quid est in voluntate tua? Gratia dei sum id
quod sum. Et cum gloria assumpsisti me:
Iam quod assumptus est: et in qua gloria quis
explicat: Quis dicit: Expectem hoc: quoniam in

resurrectione erit: in nouissimis erit. Cum glo
ria assumpsisti me. Et cepit cogitare felicita
tem ipsam celestem: et arguere se: quoniam peccator fuit: et
terrena desiderauit. Quid enim mihi
est in celo: et a te quod volui super terram?
Ex voce vestra intellexisse vos video. Cui
parauit voluntati sue terrene primo celeste
quod acceptum est: vidit quid ibi sibi seruare
tur: et cogitans et estuans in cogitatione cuius
dam rei ineffabilis: quam nec oculum vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: non
dixit illud: aut illud mihi est in celo: sed quod
mihi est in celo. Quid est illud quod habeo in
celo. Quantum est: quale est: quid est? Et cum non
transiit quod habeo in celo a te: quid volui su
per terram? Seruas mihi tu: si dicam ut possim:
sed date veniam: accipite conatum meum de
uotionem nitendi: nam explicandi nullam facul
tatem. Seruas inquit mihi tu in celo diuitias
imortales te ipsum: et ego volui a te in terra
quod habent et impij: quod habent et mali: quod habent
et facinorosi: pecuniam: aurum et argentum: gem
mas: familias: quod habent et scelerati: multi:
quod habent multe femine turpes: multi viri
turpes. Hec pro magno desiderauit a deo
meo super terram: cum seruet se mihi: est in celo
deus meus. Ostendit huiusmodi quod. Et a te quod vo
lui super terram. Defecit cor meum et ca
ro mea deus cordis mei: Hoc est mi
hi est in celo seruatum. Deus cordis mei.
Et pars mea deus meus: Quid est fra
tres. Inuenimus diuitias nostras: eligat sibi
partes genus humanum. Et ideam homines cupi
ditatum diuersitate dilaniari: eligant alij ma
liciam: alij aduocationem: alij diuersas vari
asque doctrinas: alij negotiationem: alij agri
cultura istas partes sibi faciant de rebus huma
nis: clamet populus dei pars mea deus meus: nisi
ad ipsam partem mea: si pars mea deus meus. In secula:
Aux et si sper habebam. Quid habebam? Beati
et si sper habere: quam magnam bonum haberem:
Huc accedit quoniam deus seipsum mihi permittit: et
id me in eternum habiturum permittit. Tamen ha
beo: et nunquam non habeo. Magna felicitas
pars mea deus meus. Quod. In secula. Quod. Ec
ce vide quomodo illum amauit. Fecit cor castum de
us cordis mei et pars mea in secula. Factum est
cor castum: gratis iam amant deus: non ab illo peti
tur aliud premium. Qui aliud premium petit a
deo: et propterea vult seruire deo: carius fac
quod vult accipere: quam ipsum a quo vult accipere.
Quid est? Nullum premium dei: Nullum propter ip
sum. Premium dei ipse deus est. Hoc amat hoc
diligit: si aliud dilexerit non erit castus amor.

Alia lra.
† Et iumentum
† apud.

Alia lra
† dextera mea.

Alia lra.
† caro mea et
cor meum.
Alia lra.
† non habet.

Alia lra
† in eternum.

Alia lra.
† et

Alia lra.
† suscepisti

Recedis ab igne immortalis: frigesces: corruptus peris. Noli recedere corruptio tua erit: fornicatio tua erit. **I**n iste recedit: iam istum penitet: iam penitentiam iste eligit: iam dicit: **P**s mea deus. Et quod delectant in ipso quem partes sibi elegit. **E**cce qui longe faciunt se a te peribunt: **I**ste ergo recessit a deo: sed non longe: quia quasi pecus factus sum inquit: et ego super te cum. Illi vero longe recesserunt: quia non solum terrena desideraverunt: sed ea a demonibus et a diabolo petierunt. **Q**ui longe se faciunt a te peribunt. **E**t quod est longe a deo fieri? **P**erdidisti omnem qui fornicatur ab se. **H**uic fornicationi contrarius est amor castus. **Q**uis est amor castus? **A**mat iam anima sponsum suum. **Q**uid ab illo querit: ab sponso suo quem diligit? **F**orte quod sibi eligunt aut hoies generos: aut sponsose femine: eligunt forte diuitias: et aurum eius amat: et fundos: et argentum: et pecuniam: et equos: et familia: et cetera: **A**bsit. **I**ste ipsum solum amat: gratis amat: quia in ipso habet omnia: quia per ipsum facta sunt omnia. **P**erdidisti omnem qui fornicatur ab se. **T**u autem quid facis? **A**dsibi autem adherere deo bonum est: **H**oc est totum bonum. **V**ultis amplius? **B**oleo vultes. **F**rateres quid vultis amplius? **D**eo adherere nihil est melius: quam videbimus faciem ad faciem. **N**on quod quid? **Q**uia adhuc peregrinus loquor: **A**dherere deo inquit bonum est: sed non in peregrinatione: quia nondum venit res. **P**onere in deo spem meam. **Q**uia diu ergo nondum adhesisti ibi pone spem. **F**luctuas promitte ad terram hanc anchoram: nondum heres per presentiam inherere per spem. **P**onere in deum spem meam. **E**t quid hic agens pones in deo spem tuam? **Q**uod erit negotium tuum: nisi ut laudes quem diligis: et facies te cum coamatoribus eius. **E**cce si amares aurigam: non raperes ceteros: ut tecum amarum: **A**maros autem rige quacumque: transit loquitur de illo: ut cum illo cum amant et ceteri. **G**ratias amant flagitiosi homines: et a deo premium queritur ut ametur: **A**ma deus gratis: nulli inuideas deum. **R**apite eum quoties potestis: quoties possessuri estis: non sit angustus. **N**ullos in illo limites facietis: totum singuli possidebitis: et totum omnes habebitis. **E**rgo hoc fac cum hic es: id est cum ponis in deo spem tuam. **Q**uid enim hic sequitur? **E**t annuncie omnes laudes tuas in atrijs filie syon: **E**t annuncie omnes laudes tuas. **S**ed ubi? **I**n atrijs filie syon: quia predicatio dei preter ecclesiam inanis est. **P**arum est

Alia sfa.
† Quia ecce.
† elongant.

Alia sfa.
† omnes.
† fornicant.

Alia sfa.
† dno.

Alia sfa.
† laudantes.
† portis.

laudare deum et annunciare omnes laudes eius: **I**n atrijs syon annunciat. **A**d unitatem attende: noli diuidere populum: sed raper ad unum et fac unum. **O**blitus sum quod diu dixi: **I**n finito psalmo ex isto odore cognosco me diu turnum habuisse sermonem: sed studio vestrum non sufficio. **V**iolenti estis nimis: vana ista violentia rapiatis regna celorum.

Explisit Tract. de ps. LXXII.

Incipit Tract. de ps. LXXIII.

Psalmi huius titulus est. **I**ntellectus Asaph. **A**saph latine congregatio: grece synagoga dicitur. **V**ideamus quod intellexerit ista synagoga. **N**os autem intelligamus promittit synagogam: exinde intelligemus quid intellexerit synagoga. **O**mnis congregatio generali nomine synagoga appellatur: et pecorum et hominum potest dici congregatio. **N**on autem hic pecorum congregatio est quam audiuius intellectum. **N**am homo cum se neglexerit intellectum in honore positus: quid de illo dictum est audi. **H**omo in honore positus non intellexit: copatus est iumentis insensatis: et similes factus est illis. **Q**uia ergo non est pecorum congregatio: nec diu differendum est nec diligentibus commendandum: sed quia hominum est quorum hominum sit debemus intelligere. **N**on utique eorum hominum est qui in honore positi non intelligentes comparati sunt iumentis insensatis: et similes facti sunt eis: sed eorum qui intelligunt. **P**rescribit enim hoc titulus psalmi dicens. **I**ntellectus Asaph. **I**ntellectus ergo quedam congregatio est: cuius vocem audiri sumus. **S**ed quam proprie synagoga dicta est congregatio populi israel: ita ut vbi dicitur quod audierimus synagogam: non iam soleamus intelligere nisi populum iudeorum: videamus ne forte ipsius vox sit in isto psalmo. **S**ed qualis iudeorum: et qualis populi israel? **N**on enim palee sed forte frumenti: non ramorum fractorum: sed forte confirmatorum. **N**on enim omnes qui sunt israel: hi sunt israelite sed in **I**saac inquit vocabitur tibi semine: hoc est non hi qui filij carnis: hi filij dei: sed filij promissionis deputantur in semine. **S**unt ergo quidam israelite ex quibus erat ille: de quo dictum est: **E**cce ve israelita in quo dolus non est: non secundum hoc dico quod et nos israelite sumus: quia et nos semine abrahe sumus. **S**entibus quippe loquebat **A**plos cum diceret: **E**rgo abrahe semine estis secundum promissionem heredes. **S**ecundum hoc ergo omnes israelite qui sequimur vestigia fidei patris nostri abrahe: sed illo modo hic intelligamus israel